





BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
105
INKUNABULY

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 106
INKUNABULY

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 107
INKUNABULY



I
68.1.

I.68.
0



I
68.1.

I. 68.

ILLVSTRI VIRO IOHANNI TVCCIO PANNONICO. GEORGIVS VALLA
SALVTEM DICIT PLVRIMAM.


p Erſpecta pridem mihi tua Iohannes Tucci uir illuſtris uita integerrima: me tibi plu-
rimum deuinxit: & cum edendos cenſeremus tantopere efflagitatos quos in Iuuenalē
uitiorum acerrimum repræhenſorem ſcripſimus cōmentarios eos tibi emittendos di-
candosq; exiſtimaui: quo aliqua in parte affectiſſima tibi mens mea: tuiq; ſtudioſiſſi-
mus nominis animus meus innoteſceret. nec me ſane fugit: q̄ hæc tota tibi iucunda fu-
tura ſit materies: qui res maximas cū prudētiſſime belli domiq; geſſeris: adminiſtraue-
riſq; cauisti ſemper ne quid unq̄ cōmitteres quod a quoq; carpi atq; damnari poſſe uideretur. quam-
obrem propter uitæ tuæ integritatem fortuna uſus es: ut alii plæriq; ſolent: paulo iniquiore: talēq;
longe potiorem arbitratuſ es q̄ in magno honore minus recte uiuere. quāq; huius te uitæ non poeni-
teat alacritas hilaritaſq;: quæ constantiam fortitudinēq; comitari fere conſueuerunt: certiffime no-
bis ſunt indices: & perinde optimi iuſtiſſimiq; uiri tibi famam plane excitaſti ſingularem. præcipue
cum bonorū iuſtorūq; hominum colas & obſerues omne genus. animaduerti equidem ſæpenume-
ro cum inſignes cuiuſpiam uirtutes te audiente memoraflem q̄ totis mihi exultare uidebare præcor
diis. quæ admodum cum de fortuna mea apud te loquerer aduerſa. referebam inter non parum mul-
tas: uariaſq; fortunæ ab extrema. uſq; infantia: Cum primulum ex aluo matris euafi: in me cōmuni
quodam fato patriæ & nimium familiari ſcæuientis tempeſtates: arietanteſq; ſeſe turbines illos: ut
fomentum ſum adeptus Albertum ſcotum comitem placentiæ clariffimum: illius olim urbis patrē
quem utriq; Catoni non dubitauerim conferendum: atq; adeo multis in rebus anteponendum. In-
de porro longo interuallo cum ille mortem obiiſſet ſollicitudinum mearum leuamen naſtus ſum Ioh-
annem iacobum triuultium nominis celebratiſſimi equitem iuratum. eſt nimirum mediolanenſis
tota domus illa triuultia eiꝰmodi: ut ex ipſius gremio tanq̄ ex equo illo troiano præſtantiſſimi ui-
ri emerſerint. at præcæteris qui adhuc in hominum obuertiſſantur oculis tres clariffimi fratres Iohā-
nes firmus caucia rupe fide constantiaq; firmior. Iohannes iacobus: & Renatus duo illi ſcipiones:
duo inquam belli fulmina: nec cum Renato liberalitate: munificentia: animi magnitudine militari
ſcientia: bellicaq; induſtria niſi frater conferri poteſt. ecquis Iohannis iacobi prætoris in tot bellis in-
uictiſſimꝰ reſ geſtas non audierit? quæ ductans in liguribus exercitum geſſit: ut quos aliquando ro-
mani conſules duo uno tempore ſummo militum labore ægre ſuperarunt. ipſe rei bellicæ admiran-
da ſcientia. ſapientia: fortitudine uilla: ingenii quaſi flamma: tanta celeritate in præruptis editiſſi-
miſq; illis alpiſ & prælio & bello ſuperauit: ut ipſi certe genuenſes: nam per id tempus nos genuæ
rhetoricam ex ticinenſi gymnaſio ubi humanitatis ſtudia dictabamus: acciti profitebamur: tamen ſi
motus illi inreſtinæq; diſcordiæ quibus me fortuna immerſerat parum admodum liberalibus ſtudi-
is operam nauare permittebant. Id bellum inquam genuenſes ipſi diuinitus adminiſtratū eſſe uoci-
ferarint: quando quidem rupicibus illis non latebræ: non minantes in cælum alpes triuultianæ uir-
tuti obſiſtere potuerunt. helucios quoq; alioqui gentem martiam minacibus cateruis in agrum in-
ſubrium deſcendentes adeo ut omnia terrore formidineq; compleuiſſent ſolo aduentu ſuo reſep-
ſit. In heturia in parmenſi in cremonenſi agro quotiens cum hoſte cōflixit ſemper inuictus: ac ad-
ortos ex improuiſo hoſtes deſperata ferme rerum ſumma triuultius & ducis & militis munia ſubi-
ens nec dum tamen ſatis armis expeditus primus ipſe ſummo illo ingenii ardore bellicaq; induſtria
pauciſſima collecta manu at fideliffima in hoſtium inſtructam aciem: alioqui bellica uirtute inſignē
irrupens protruiſit: paſſim fugauit: aut obſiſtentem cecidit: nuper quoq; quantus in armis ſit non
longe ab urbe caſtrametatus oſtendit. Cæterum hunc bellica gloria tam inclytum ducem. nemo le-
nitate. manſuetudine: humanitate: gratia: munificentiaq; antecellerit: nec porro ubi maximis de re-
bus ſtatibusq; adminiſtrandis conſulteretur prudentia. grauitate: acumine quiſq; ſuperauerit. Proin-
de inter fortunæ meæ fluctus mecum ipſe lætabar quod tantorum uirorum non uulgarem naſtus
forem amicitiam: impenſiffime uero conſolabar antiquarii ſuauiſſima conſuetudine cuius mentem
ab omni perturbatione adeo ſedatam nimio opere demirabar. prudentiam: iudicium: conſilium: in-
genium quæ in ipſo ſumma omnia: quodq; talem ipſum ſtatuerit deus ut ſi totus orbis collabatur
non poſſit a iuſto æquoq; eum quiſq; deterere. Excitabat autem me ingeniiq; aciem quantulacūq;
eſt intendebat exacuebatq; miſifica doctrina Lazari daſtyli conterranei mei. philoſophi eximii &
medici excellentiſſimi: nam a pueris eadem ſtudia nobis inter nos ſummam beniuolentiam conci-
liarunt: is doctiſſimorum omnium conſenſu adeo præcellit ut iam quattuordecim ſint anni cū pri-
mum ſibi locum in tam inſigni gymnaſio iure medicinam profitendo defenderit: ſiue medicinæ
autorum locos abſtruſos doctiſſime exerando: ſiue opere morbos curando: ut promptiſſima in eo

a ii



Jnc. 106

1388582




W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

Inc. 105

Inc. 106

Inc. 107



Handwritten title in red ink, possibly "C. H. M. U."



II 1, 6

Officia et Ceremonie

et alia antiqua


Latina scripta



Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.
Z księgozbioru Gimm. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.
1930.

Pany
Pany

Salubrem



Satire deo fimo Juvenalis Formatorum consulis prudentissimus qui tempore Claudio Nerone
impatoris obdormit a quo pro indignatione missus in exilium Egypti palatium duo milia equis
lanigros oppressus interit. Quare causa fuit Juvenalis effrenus de quo inventum habet
an sit libertum locupletis filius aut alienigenis, qui Juvenalis prima etate sua fuit
vehementi studio deditus. Fuit vero metha matruis quasi fuerit eo indignatione incipit
Semper sego auditur Juvenalis autem potens in civitate Formosa in suspitione
impatoris venit quasi tempore impatoris utisset Quare duo milia equis quibus
obdormit in exilium Egypti potens missus est regere militum comitatu ubi
Satiras puerum puerum laudando. Antea militarem

ILLVSTRI VIRO IOHANNI TVCCIO PANNONICO. GEORGIVS VALLA
SALVTEM DEDIT PLVRIMAM.

Erspēta pridem mihi tua Iohannes Tucci uir illustris uita integerrima: me tibi plu-
rimum deuinxit: & cum edendos censeremus tantopere efflagitatos quos in Iuuenalē
p uitorum acerrimum repræhensorem scripsimus cōmentarios eos tibi emittendos di-
candosq; existimaui: quo aliqua in parte affectissima tibi mens mea: tuiq; studiosissi-
mus nominis animus meus innotesceret. nec me sane fugit: q̄ hæc tota tibi iucunda fu-
tura sit materies: qui res maximas cū prudētissime belli domiq; gesseris: administraue-
risq; cauisti semper ne quid unq; cōmitteres quod a quoq; carpi atq; damnari posse uideretur. quam-
obrem propter uitæ tuæ integritatem fortuna usus es: ut alii plæriq; solent: paulo iniquiore: talēq;
longe potiorē arbitratus es q̄ in magno honore minus recte uiuere. quāq; huius te uitæ non poeni-
teat a lacritas hilaritasq;: quæ constantiam fortitudinēq; comitari fere consueuerunt: certissime no-
bis sunt indices: & perinde optimi iustissimiq; uiri tibi famam plane excitasti singularem. præcipue
cum bonoq; iustorūq; hominum colas & obserues omne genus. animaduerti equidem sæpenume-
ro cum insignes cuiuspiam uirtutes te audiente memorassem q̄ totis mihi exultare uidebare præcor-
diis. quē admodum cum de fortuna mea apud te loquerer aduersa. referebam inter non parum mul-
tas: uariaq; fortunæ ab extrema usq; infantia: Cum primulum ex aluo matris euasi: in me cōmuni
quodam fato patriæ & nimum familiari scæuientis tempestates: arietantesq; sese turbines illos: ut
fomentum sum adeptus Albertum scotum comitem placentiæ clarissimum: illius olim urbis patrē
quem utriq; Catoni non dubitauerim conferendum: atq; adeo multis in rebus anteponendum. In-
de porro longo interuallo cum ille mortem obiisset sollicitudinum mearum leuamen nactus sum lo-
hannem iacobum triuultium nominis celebratissimi equitem iuratum. est nimirum mediolanensis
tota domus illa triuultia eiusmodi: ut ex ipsius gremio tanq; ex equo illo troiano præstantissimi ui-
ri emerferint. at præcæteris qui adhuc in hominum obuersantur oculis tres clarissimi fratres Iohā-
nes firmus caucasia rupe fide constantiaq; firmior. Iohannes iacobus: & Renatus duo illi scipiones:
duo inquam belli fulmina: nec cum renato liberalitate: munificentia: animi magnitudine militari
scientia: bellicaq; industria nisi frater conferri potest. ecquis Iohannis iacobi prætoris in tot bellis in-
uictissimū res gestas non audierit? quæ ductans in liguribus exercitum gessit: ut quos aliquando ro-
mani consules duo uno tempore summo militum labore ægre superarunt. ipse rei bellicæ admiran-
da scientia. sapientia: fortitudine ui illa ingenii quasi flamma: tanta celeritate in præruptis editissi-
misq; illis alpibus & prælio & bello superauit: ut ipsi certe genuenses: nam per id tempus nos genuæ
rhetoricam ex ticinensi gymnasio ubi humanitatis studia dictabamus: acciti profitebamur: tametsi
motus illi intestinæq; discordiæ quibus me fortuna immerferat parum admodum liberalibus studi-
is operam nauare permittebant. Id bellum inquam genuenses ipsi diuinitus administratū esse uoci-
ferarint: quandoquidem rupicibus illis non latebræ: non minantes in cælum alpes triuultianæ uir-
tuti obsistere potuerunt. heluetios quoq; alioqui gentem martiam minacibus cateruis in agrum in-
subrium descendentes adeo ut omnia terrore formidinesq; compleuissent solo aduentu suo repres-
sit. In heturia in parmensi in cremonensi agro quotiens cum hoste cōflicxit semper inuictus: ac ad-
ortos ex improviso hostes desperata ferme rerum summa triuultius & ducis & militis munia subi-
ens nec dum tamen satis armis expeditus primus ipse summo illo ingenii ardore bellicaq; industria
paucissima collecta manu at fidelissima in hostium instructam aciem: alioqui bellica uirtute insignē
irrupens protrusit: passim fugauit: aut obsistentem cecidit: nuper quoq; quantus in armis sit non
longe ab urbe castrametatus ostendit. Cæterum hunc bellica gloria tam inclytum ducem. nemo le-
nitate. mansuetudine: humanitate: gratia: munificentiaq; antecesserit: nec porro ubi maximis de re-
bus statibusq; administrandis consultetur prudentia. grauitate: acumine quisq; superauerit. Proin-
de inter fortunæ meæ fluctus mecum ipse lætabar quod tantorum uirorum non uulgarem nactus
forem amicitiam: impensissime uero consolabar antiquarii sua uissima consuetudine cuius mentem
ab omni perturbatione adeo sedatam nimo opere demirabar. prudentiam: iudicium: consilium: in-
genium quæ in ipso summa omnia: quodq; talem ipsum statuerit deus ut si totus orbis collabatur
non possit a iusto æquoq; eum quisq; deterere. Excitabat autem me ingeniiq; aciem quantulacūq;
est intendebat exacuebatq; mirifica doctrina Lazari dactyli conterranei mei. philosophi eximii &
medici excellentissimi: nam a pueris eadem studia nobis inter nos summam beniuolentiam conci-
liarunt: is doctissimorum omnium consensu adeo præcellit ut iam quattuordecim sint anni cū pri-
mum sibi locum in tam insigni gymnasio iure medicinam profitendo defenderit: siue medicinæ
autorum locos abstrusos doctissime exerando: siue opere morbos curando: ut promprissima in eo



fit scientia: iudicium acre: experientia certa ad leuandos confestim ægrotos .at non hæc modo: ue-
rū etiā elegantissimi urbanissimiq; eius mores me & plærosq; alios ipsum sūmo prosequi amore cō-
pulerūt. Hæc ego dum fortunæ meas quererem apud te memorabā. tu porro interea loci tamen si in
amplissimis honoribus semper uersatus: & quæ dominatus administrare soient magna tractauisti:
ab illo tamen fastu non ut multo maxima pars fastidire consueuit sed nullum prorsus trahens su-
percilium: ut cunctis in rebus sūmam præ te fers lenitatem: ita hæc sedatis atq; adeo benignis exci-
piens auribus tales nunc inueniri ac beniuolentia mihi iunctos uixisse congratulatus es. mox ingēti
ut mos fere in huiusmodi tuus est grauitate subiecisti. mirarer equidem impēdio quos tu mihi pau-
culos memorasti: nisi uenetiæ ut semper ita indies magis me in se mirabundum spectabundumq;
totum conuertissent: proinde cum sæpe mecum huius ciuitatis diuinitatem tacitus olim considera-
rem: statui deniq; hanc potius colere: q̄ usq; alibi uitā agere satiusq; duxi hic esse ubi numinū quod-
dam coiuisse uidetur concilium. omitto nunc opes referre: missam singularem facio potentiam: si-
quidem fortunæ quæ cæca esse palam proclamatur quod plæruq; hæc indignissimis cōmoda lar-
giatur: potiusq; mentis cultui: ac laudi ascribenda esse cōfestim acclamat ab inuidia: q̄q; dissimilis hu-
ius nimirum est ciuitatis aliis opulentia ratio: quādoquidem non utiq; fortunæ ludibriis obnoxia
tam diuturnæ opes debent existimari: quippe quæ non casu aliquo confluxere: sed ratione atq; con-
silio: & perinde ita suis nixæ radicibus uidentur ut nisi ab optimo maximo deo qui ipsas iam pridem
custodit ac defendit conuelli neutiq; posse uideatur. quare si ut dici solet male parta: male ac cito di-
labuntur bene quoq; parta bene ac diu iure incōcussa permanserunt. Verum enim uero maius aliud su-
spicimus: nobilissimā diuinæ huius ciuitatis incredibilēq; sapiētiam: quod q̄ quis longe lateq; domine-
tur italiæq; robur ad christianum nomen defendendum semper extiterit: insolentēq; omnes etiam
maximas uires contuderit: semper tamen se sūmissius mansuetiusq; gerat ut nusq; gentium exteris
tanta sit libertas: nulla ipsis imperantibus insolens licentia: nulla turpitudine: nullum turpe facinus
toleretur adeo ut ne quidem pater filio: nec filius patri ignoscat delinquenti. neq; id crudelitati im-
putandum feræq; inmanitati: dolent si quidem ipsimet cum in aliquos est seuerius animaduerten-
dum: nusq; quoq; tam nobilis clementia: tam insignis gratitudo: tam singularis humanitas: tā egre-
gia lenitas: iusticiæ æquitatiq; cōmixta. nunq; ut memoria proditum est in hanc rem publicam quæ-
quā beneficia ulla contulisse adhuc poenituit. Itaq; munificentia: liberalitate: gratitudine: æquitate
omnes facile antecedit. sunt magistratus subinde ipsi sancti integerrimiq;: ut cum ad supremos uē-
tum est qui rei sūmam administrant non plus possint q̄ iusticia æquitasq; permiserit: quod si mali-
quicq; admoliantur: atq; perpetrent: tum e cæterorum cōsortio turpiter eiiciuntur: ac pro delicti ma-
gnitudine plectuntur: & perinde quotquot patres atq; patricios uideas quod supraq; dici possit ad-
mirabile est tot uiros regia administratione dignissimos cognoscas. qualem igitur hanc rem publi-
cam putabimus ubi tot uirorum tanq; collucentium siderum fulgor? an non scripsit Plato foelicem
illam demum fore rem publicam quam philosophi hoc est sapientes uiri administrarint? sunt hi
nimirum huiusmodi: cuiusmodi uoluit Plato: & maius adhuc quiddam efficiunt q̄ ille aut dixerit
tamen si facundissimus: aut mente licet diuinus appelletur consequi potuerit. O foelicem: non italiā
modo: sed ipsum plane orbem terrarum si uenetorum sapientissimis exactissimæq; normæ regatur
instituitis. talis nāq; uel inuidorum confessione uenetus hic cœtus in gubernandisq; populis confes-
sus atq; adeo consensus est ut cunctorum populorum habenas tenere rerūq; potiri mereatur. nam
ut singulatim attingam aliquos: omnes enim qui possum? quis Nicolao Marcello: quādoquidem
superiorum ne nomina quidem satis teneo: quis inquam illo ad rem publicam administrandam uti-
lior prorsus referri potest? quis Petro Mocenico summæ uiro prudentiæ: iusticiæ ingeniq; princi-
pe digni cunctis in rebus magis admirandus. Cuius frater Iohannes Mocenicus inclytus bonitate
princeps. quid Andreas Vendraminus: qui omnia cōsecutus quæ in eminentissimo atq; optimo pn-
cipe probari posse uideantur. Hos secutus nuper functus uita Marcus ille Barbaricus omni uirtute
præcellens: mitis: seuerus: iustus: pius: sagacissimi ingenii: admirandæq; in regenda re publica prudē-
tiæ. Cuius frater æque princeps Augustinus Barbaricus uir itegerrimus. quid Bernardi Iustiniani
præter alias eius præclaras animi dotes quæ multæ & clarissimæ sunt fulgurantem illam memorē
eloquentiam: gradem: incitatam: ornatam: grauissimam: succo illo ac sanguine incorrupto: in qua
naturalis: nō phucatus: non accersitus: sed sponte occurrēs nitor. deniq; q̄ religiosus scriptor & ue-
rus? an quicq; imprudenter fieri putandum est ubi Thomas Truifanus præfuerit? quis Dominici
Mauroceni grauitatem non adoret atq; prudētiā: simulq; doctrinam? quis Frederici Cornelii le-
nitatē: sapientiā non colat non obseruet: cuius gētilis Antonius acutus sane dialecticus: doctus phi-
losophus: rheologus insignis: & mathematicus egregius. an Leonardi Lauredani uirtus latere po-
test quæ profecto per omnium aures peruagatur? Cuiusnam aures ita peregrinantur ut Sebastiani
Baduarii

Baduarii omni laudis genere cumulati nomen possit ignorare? ullo ne æuo interitura: aut etiam ob-
scura uideri potest Bernardi Bembi grauitas. elegantissimum: multaq; doctrina politissimum inge-
nium: liberum illud: doctum: fluens: expeditum orationis genus? an Zachariæ Barbari usq; potest de-
litescere sapientia nota gregalibus: nota nobilibus: nota principibus: nota regibus: summis notissi-
ma nostri sæculi pontificibus? Cuius filius Hermolaus noster qui sapit pleno pectore: qui nunq; sa-
tis laudatus: qui non aquas ille quidem collegit pluuias: sed uiuo: largo: & perenni fonte exundat:
quem ætas certe nostra alterum nobis Varronem suscitauit: ita enim omnifaria excellit scientia. cu-
ius oratio benedicta: pressa: enucleata: limata: grauis in laudando: arguta in docendo: subtilis in dis-
serendo: & deniq; urbana & uenetiis ipsis digna. His quos recensui alios tu mihi innumeros Iohã-
nes Tucci uir clarissime adiciebas quos profecto omni laude celebratissimos esse aiebas quorum no-
mina mihi exciderunt: quod si impræsentia etiam succurrant me illa recessere posse nullo modo cõ-
fidam præsertim hoc tempore. In hac demum diuinitus gubernata ciuitate sicut tu quoq; uere præ-
dicas quæ admodum omnis uirtus ita dicendi studium in constituentibus tempu. nõ ut impeditis ty-
rannico dominatu animis: sed in optima constituta re publica regnat. Proin tuo illustri nomini:
tuæ iusticie qua uir admirandus iure haberis gratulor cum a tam inclyto cœtu cerno quotus habea-
re. nec latere perspicua iam omnibus uirtus tua potest: quam in hac ciuitate in totius orbis terrarũ
conspectu esse necesse est: q̃q; mauius esse tu quidem q̃ uideri. at quoniam sepultæ par est inertia ceta-
ta uirtus: similisq; uel lyrae quæ reticet uel qui non tenditur arcus: non potes non potes uenetiis ubi
conspicuae omnes sunt uirtutes assequi ut tuæ silentio obliterentur. tu enim pannoniam quam mi-
rificis effers laudibus: & rerum gestarum gloria ad cælum tollis patriam tuam: tuis ipse moribus i-
pensissime exornas: bonitate. grauitate: iusticia: pietate: humanitate: prudẽtia: uirtutũ deniq; omni-
um quasi aceruo prætendisci faces: & omnibus spectandam præbes: ut iniustus malusq; non iniuria
habeatur quisquis te non amat: ac obseruat. miror equidem sæpe mecum tam pacatam esse mentẽ
tuam posse: ut quibus plurimum profueris ingratosq; subinde erga te eẽ noueris: tu cum cæteri de
ipsis obloquentur defendas: aut oratione quod defendere non queas aliorum detorqueas tam ab
omni maledicentia abhorres. at ne iam sim: non utiq; nimius id ego non uereor in tuis recensendis
uirtutibus: ubi me etiam parcissimum fuisse sentio: sed ne inquam uerbosior q̃ tu iã pati possis præ-
sertim tua memorantem: qui iusti & æqui obseruantissimus es custos iam uirtutis ipsius rigidissimũ
lege satellitem: quo deinceps liberis tuis discipulis nostris quos innocentissimæ esse uitæ cupis le-
gendum atq; adeo ediscendum exhibeas. Vale.

PROHOEMIVM

GEORGII VALLAE PLACENTINI IN IUVENALIS SATYRAS COMMENTARIUM.

IUVENALIS Satyræ intellectu obscuræ a plerisque non iniuria iudicari solent. Non equidem quo uerborum durior significatio: accersita nouitas: uetustasue ulla ab nostrate isto dicendi more abhorrens ignorantem sensibus: quominus dilucide accipiant obiciat. Ne scilicet quædam tam profusi ambitus: aut tam crebræ allegoriæ: quæ in enigmata sæpe exeunt: aut tam cõcisa breuitas: uel huiusmodi quæcumque ut poetæ sensus facile deprehendi non queat. quoniam si hæc dûtaxat spectes nemo erit tam indoctus: qui hunc in sua potestate habere non possit. At rerum tam multiplex copia tamque in hoc poeta eruditio est: ut cuius cuncta explicare multo difficillimum sit eo aut difficilius hoc tempore: quod & latinorum & grecorum multa pierint: quæ si non desint: ut aliorum: ita huius poetæ plurima melius nobis aperta iri cõfidam. Sane cõperti mihi sunt nuper probi grammatici in iuuenalẽ cõmentarii quantum adhuc audierim nulli alii cogniti sed miræ breuitatis: alioquin tamẽ per quã opportunos aliquando se nobis obtulerunt: obtulissent uero sese adhuc magis nisi nobis singula rimatibus codicis nimium cariosa inuidisset uetustas: & si in omnes libros compta habeant: qui uix tertii libri secundã attigere satyrã. Inuigila uim uero ipsi si modo id cõsequi potuim: ut omnis huius poetæ pateret eruditio: probi interpretamenta cuiusmodi ea fuerunt: quæ plane pexigua sunt ne in minima quod parte subtraxim: aut imutauim. Cæterum qua nãpitia nostra: & quonã demum iudicio aliena tradiderim docti & pariter acuti uiri iudicant: quæ quotacumque sint talia esse puto ut nec nos nec alios nãre pœniteat pigeatque industria. sed de Iuuenale ipso iam a principio probi uerbis dein paucis quod sentiam ipse subnectens dicere aggredior. Iunius Iuuenalis libertini locupletis incertum filius an alumnus ad mediã fere ætatẽ declamauit animi magis causa quam quod scholam se aut foro ppararet: & dein paucorum uersuum satyra non absurde cõposita in paridẽ pãtomimũ poetarum semestribus militioliis emitatẽ genus scripturæ industria excoluit: & tã bene diu ne modico quidẽ auditorio quicquid cõmittere ausus. Mox magna frequentia tatoque successu bis aut ter audit: ut ea quoque quæ pma fecerat in ferciret nouis scriptis. Quod non dant pceres dabit histrio. tu camerinos Et bareas: tu nobiliũ magna atria curas. Præfectos pelopea facit philomela tribunos. Erat tũc in delitiis aulae histrio multique fautorum eius quotidie puehebatur. Venit ergo iuuenalis in suspicionem: quasi tempora figura notasset: ac statim per honorẽ militiæ quæ octogenarius urbe sumotus est. missusque ad pfecturam cohortis in extremã ægypti partem tendentis id supplicii genus placuit: ut leui atque ioculari delicto par eẽt. Verum intra breuissimum tempus angore ac tædio periit. At ut aliis placet hic paris histrio neronis gratissimum pimum: quod principis luxum intedere solitus eẽt post sunt qui tradat ab eo occisum quasi graue aduersariũ: ut histrionica uidere excellere. Domitianus quoque adeo huic histrioni infestus fuit ut discipulum eius puberẽ adhuc uelut Traquilus inquit: & tũ maxime ægrum quod arte formaque non absimilis magistro uidebat occidit. Sane Neratus scribit paridẽ pãtomimũ a domitia neronis filia decem quæ ei sesteria pro libertate dederat repetisse per iudicem: nec fuisse quæsitum an domitia sciens libere accepisset: uñ deprehendit non amplius a nerone dilectum. Iuuenalis uero post domitiani impatoris mortem uixit: ut in quarta huius libri satyra multis rationibus cõuincet. Vixit ergo neruæ Traianique temporis: quod potuit igitur aut ppter paridẽ quẽ pstrinxerit domitiano inuisus eẽ: aut ab eo in exiliũ mitti: ut sumotus ab urbe pierit: uelut probus ut iam dixim putauit aquatẽ fuisse cõiectare possum: quod in tertia huius libri satyra Vmbrium ita sit allocutus. Ergo uale nostri memor & quoties te Roma tuo refici pperantẽ reddere aqno. Me quoque ad eluinã cererem nãramque dianã Cõuelle a cumis. Martiali & cõsuetudine & amicitia cõiunctum fuisse cum ex aliquot apud martiale ipsum epigramatis cõstat tũ ex illo. Cũ iuuenale meo quod tu cõmittere tẽtas. Quid non audebis pfida lingua loqui. Te fingẽte nefas pyladẽ odisset orestes. Thesea pithoi destituisset amor. Tu siculos fratres & maius nomẽ atridas. Et ledæ poteras dissociare genus. Hoc tibi p meritis & talibus impcor ausis. Ut facias illud quod puto: lingua facis. Hæc de auctoris genere. porro quod sit: ac uñ satyra dicat paucis cõcludem quoniam id huberrime a nobis ubi de arte poetica sicut de cæteris quoque liberalibus disciplinis locuti sumus ut locum exigebat expositum puto. Satyra ut Festus inquit cibi genus fuit ex uariis rebus cõditum: & lex multis aliis cõfecta legibus: & generum carminis ubi de multis rebus disputat. Carmẽ sane maledicũ fuit & ad carpẽda hominum uitia inuentum quales archæ fuerunt eupolis cratini aristophanis & aliorum ueterum grecorum comediarum: quos apud latinos pimum Liuius andronicus secutus fert. ut Valerius maximus paulatim denique ludicra ars ad satyrarum modos prexit: a quibus omni um pimum poeta Liuius ad fabularum argumẽta spectatum oculos & aios trãstulit: eũ secuti Pacuuius & Ennius id omni carmẽ dictum satyra quod ex uariis cõstabat poematis. Hos secutus Lucilius alio quodã suo usus rephẽdendi ritu: quẽ sunt imitati Horatius. Persius. Turnus & si quæ alii fuerunt & hic nã. Satyrã autẽ dictã autẽ a satyris nemoque numinibus: imo eadẽ rusticis a quibus duxit originẽ ueluti in libro quẽ de experẽdis fugiẽdisque rebus scripsim euidẽtissimis rationibus ostẽdim quod similiter in hoc carmine ridiculæ res pudẽdæque referant quæ uelut a satyris pferunt: uelut Macrobius a cõmẽ genitale mēbũ significat: ut quãdam alia a satyra lace quæ referra uariis multisque pmitiis in sacris diis inferebat. Alii autẽ putat dictã a lege quæ uno rogatu multa simul cõprobat: quod & in eiusmodi carmine multa simul poemata comprehendatur de satyra hactenus.

SATYRA PRIMA

EMPER ego auditor tantū nunq̄ ne reponam. Ab indignatione multi hunc orsum fuisse existimāt: sicut Persius cœpit. O curas hominū o quantū est reb⁹ inane. & Horatius. Qui fit mœcenas ut nemo quā sibi fortē: seu ratio dederit seu fors obiecerit ulla cōtētus uiuat. Ego in se dictum potius ab hoc poeta existimauerim: quod tandē sibi aliquid edendū esse cogitarit: posteaq̄ multos annos aliis operā dederat. Sed cur potissimū ad scribēdas satyras animū induxerit paulopost ostēdet. Semper. quia ultra

DECII IVNII IUVENALIS AQ VINATIS
SATYRA PRIMA. L. I.

EMPER EGO AUDITOR
tantum: nunq̄ ne reponam
Vexatus totiens rauci theseide
codri:

fere mediā ætatē declamādo & recitan-
tes poetas audiēdo ætatē consūperat.

Ego κατ' ἐξ ὄχου. ut ille ego qui quōdā
gracili modulat⁹ auena Carmē. Aut an-
notata differētia ītulit: pinde ac si dixif-
set nihil scribēs alios semp audiā sua mi-
hi poemata recitantes cum docti & in-
docti passim cēs aliquid scribant. Nam
haud multo post infert: Cū tot uatibus
occurras. Alioquin enī ego ad uerbi pri-
mā psonā: sicut tu ad secūdā supflue ad
iūgitur cum sine eis certæ sint psonæ.

At in tertiis uerbog⁹ psonis recte nomē uel p̄nomen tertiæ psonæ semp accōmodat: ut ea cōfusio
quæ in eis est euitetur. Auditor tantū. nunq̄ scriptor: nunq̄ meog⁹: sicut cæteri recitator operum.
Sane audio a τῷ ἄνδρῳ. idest a uoce cuius p̄priū est ut audiat⁹ habet īclinationē. Nunq̄ ne.
cum in ætate quidē media sim aut iam grādis natu: ut ipse in hoc. Nostra bibat uernum cōtracta
cuticula solē: nunq̄ ne ergo cum ætas iā mihi sit grādis. Reponā. scribā. recitabo. referā: uicē reddā
his qui mihi male recitarūt. Pono qdē scribo plærūq̄ significat: ut apud Persiū. Ecce modo hero-
as sensus affere uidemus: Nugari solitos græce nec ponere lucū. Ponere. sculperē & pingere. Hora-
tius. Solers nūc hominē ponere nūc deū. nam de sculptore & pictore loquit⁹. Repono autē reuoco re-
primo si ue cohibeo. Statius. Quotiēs iam totta reponā. Fulmina q̄ rarus terris hic īperet ignis. Re-
pono reddo. Horatius. Inspice si possum donata reponere læt⁹. Plautus. Imperfa des mihi numos
sexcētos quos pro capite illius pendā: quos cōtinuo tibi reponā in hoc triduo aut quatruiduo. Repo-
no: depono. Martialis. Vllus si pudor est reponē cœnā. Repono: reduco & reficio. Virg. in secundo
georgicon. Et quantū lōgis carpēt armēta dieb⁹ Exigua tm̄ gelidus ros nocte reponet. Repono su-
peraggero. Idē in tertio eiusdē. At qui nō massica bacchi: Munera nō illis epulæ nocuere repostæ.
Repono: scribo. Horatius. Scriptor honoratū si forte reponis achillem. ita & hic exponēdū. Vexa-
tus totiens. iteratā audiēdo recitationē: quasi ad idē frequēter uect⁹. Rauci. uiciosi aut obscuri: aut
assidua recitatione rauci. Theseide. fabula ut tragœdia de theseo: uel ut æneis de ænea: de thebis
thebais & ilias de ilio nominat⁹: & dissoluta diphthōgo theseide: quæ per synæresim in masculino
coit & theseides uocali ante uocalē longā quod uerbo: in a græcis a latinis in e uertat⁹ longū. ita
ab Ouidio: elegeia solue capillos dictū. Codri. sui tēporis poetæ: aut certe illud tāgit quod codrus
a deucalione: ut Hellanicus scribit historicus hoc modo ducit ortū: ex deucalione & pyrria: ut autē
quidam putāt ioue & pyrria hellen: hellenis autē & othreidos xuthus: æolus: dorus: xenopatra: cœoli
autē & iphidis filiæ penei: salmoneus salmonei & alcidoces tyro cuius & neptuni filius peleus: pe-
lei & choridis: piclymenus: piclymeni & pisidices borus bori & lysidices pēthilus: penthili & anciro-
hes: andropōpus: andropōpi & henioches filiæ harmenii qui fili⁹ fuit zeuxippi & zeuxippus eumeli
& eumelus admeti: melāthus filius fuit: huic heraclidis ex mesene athenas migrātib⁹ nat⁹ est fili⁹ co-
drus: aliquanto post cū aborta eēt lis īter bohoetos & atheniēses: ut quidā ferūt de cœnone & pana-
tho. alii ob aliā causam & bohoeti peterēt ut reges inter se de īperio utriusq̄ populi decertarēt soli.
Xanthius quidē bohoetog⁹ rex fœdus nō detractat: sed thymoetes atheniēsiū rex id. recusat certa-
mē: atq̄ se impiū cessurū ei qui id certamē uelit subire: melāthus itaq̄ discrimē subit: ut ipse ac qui
ab ipso descēderint atheniēsiū impet: armat⁹ itaq̄ pcedit & ppe xanthiū stetit in quiēs facis o xan-
thi iniuriā cum nō solus ut pollicitus es pcefferis: xanthi⁹ id audiēs se auertit spectabūdus: an quisq̄
se comitaref quē auersum occidit: & perinde atticæ rex melāthus declarat⁹ est. Cum igitur atheni-
enses regionē obtinuisent uisum est ipsis festū celebrare ob perpetuā eius rei memoriam: quod pri-
dem apatenoriā postea apaturiā uocitarūt ab apate: idest fallacia inuēta: melāthi autē fili⁹ codrus
atheniēsiū mortuo p̄re adiuuit impiū: qui ppter priam se morti obiectauit hoc modo: forte fortuna
inter doriēses & athenienses bellū trahebat⁹ cū apollo cōsulentib⁹ ipsum doriēsiū respōdit fore ut
athenas caperēt si codrum regē non occiderēt: id cognoscēs codrus humilē & abiectū īduit habitū
securim & falcē sibi capiēs & ad hostiū uallū pcessit. Cūq̄ ex hostib⁹ ei duo occurrissent: unū quidē

uerberauit ac sauciauit: ab alteto aut incognit^o caesus occubuit: unde illud codrus p^{ro} patria nō timi-
 dus mori: & p^{ro}inde medōri filio maiori natu regnū stabiliuit. nā iunior filius neleus iōniā dodecapc
 lim adept^{us} est hinc apud athenienses in puerbiū uenit codridarū genus ut cū nobilissimū quēpiam
 uellēt dicere codro nobiliore eē p^{ro}dicarēt: qua cōsuetudine pōt hic iuuenalis uideri locut^{us} q^{uo} quo la-
 tiores effēt romæ eo iēptiores scriberēt uersus: quod etiā Persius ondit elegidia ipsoꝝ diminutiuo
 usus per cōtēptum uocās cū iquit Elegidia crudi dictarūt p^{ro}ceres & lectis quicquid scribit incitreis
 & qm̄ cauet ne sui tēporis aliquē uiuū
 in quā nomine proprio ifamet: sicut &
 in sequentibus plerisq^{ue} in locis uideri
 potest & pleriq^{ue} alii sicut Martialis idē
 saepe faciunt hūc quem damnat codrū
 interim appellauit: & huic poetæ fre-
 quens mos est nominū similitudine uti
 quod acutius intuenti cuius erit mani-
 festū. Sūt tamen etiam qui legant cor-
 di nō codri. Impune ergo mihi. impune i
 cassū frustra: sic Horatius. Optarē patulas ipune legētibus aures. & rursus alibi totue tuos patias
 labores: impune lolli carpe liuidas obliuiones. Ille. pro quocūq^{ue} posuit. Togatas. latinas comœ-
 dias: nā paliatē græce dicunt ut nos de arte poetica locuti poematū gnā scribētes tradidimus. Hic
 elegos. uult uideri hic luuenalis oīa se poematū audisse gnā quia delirū ualde uidet quod quidā
 putat luuenalis eē future materiæ p^{ro}positionē cū nusq^{ue} hos rephēdat: mitto quod stultū sit i p^{ro}ncipio
 ipso poetæ alios poetas carpe: qua enī licentia id cōcedet ut se hic iactet & alios icessat quod q^{uo} in
 sullū creditu tā a luuenalis mēte est alienū qui ad scribēdas se satyras ipullū dicit quo hoīum car-
 pat uicia. Nā si Aristophanes æschylū & euripidē carpit: & pindarus bacchilidē & alii alios lacerāt
 nō tñ in eo genere cēs icessūt: sed scriptionē illoꝝ tangūt impitā quod ut arrogatiā effugiat nullus
 in ipso id facit p^{ro}ncipio. Hic elegos. uersus ipariter iūctos quos per diminutionē subsannādo irri-
 dēdo: Persius elegidia ut dixim^{us} appellauit. Versus inq^{ue} hexametro pētametroq^{ue} cōstāt heroico cui^{us}
 carminis quis nā fuerit inuētor grāmatici certāt & adhuc sub iudice lis est: ut iquit Horati^{us}. Fune-
 rale aut carmē fuit: ut Cicero de legib^{us} libro tertio. Extrui aut inquit uetat sepulchrū alti^{us} q^{uo} q^{uo} qui
 q^{uo} diebus absoluerint nec e lapide excitari p^{ro}pus nec iponi: q^{uo} q^{uo} capiat laudē mortui icisā nec plus q^{uo}
 tuor uersib^{us} quos elegos appellat Ennius. Sūpsit aut hoc Cicero a duodecimo platonis de legib^{us}
 libro. Cur aut hoc sibi apud græcos nomē uēdicauerint in arte poetica dixim^{us}. Impune. ut nihil
 affecutus uidear ad scribēdū cōmodi & est trop^{us} pallilogia. Ingēs telephus. nō poeta ingens sicut
 ipse putabat uelut quidā: nec corpe ingēs sicut alii: sed certe ingēs de thelepho tragœdia. Teleph^{us}
 auge & herculis filius a cerua nutrit^{us}: unde & nomē dicit^{ur} habuisse rex myssoz fuit hic cūtibus ad
 troiā excidēdā græcis eis armatis copiis occurrit incognitis: ac quid molirent tāto appatu ignarus
 cōfligit: ubi ab achille saucius: ac postea errore cognito græcoꝝ sibi recōciliauit grām: & herbarū
 uirtute ab achille: q^{uo} sciam a chirōe habuerat sanat^{us} est: ut Claudian^{us}. Sanus achilleis remeauit te-
 lephus herbis. Cuius ptulerat uires & sēsit in lino. Lethalē placidāq^{ue} manū medicina per hostē. Cō-
 tigit & pepulit quos fecerat ipse dolores. Sūt uero qui dicāt ferri rubigine sanatū: ut Plinius hinc
 fabulæ locus est cōcessus q^{uo} eadē hasta repulsus qua saucius fuerat ut san^{us} fieret. Plena iā margi-
 ne. extrema folioꝝ parte margine femineo genere enunciauit cū & masculino efferti possit. Scri-
 ptus & in tergo. retro. Nec dū finit^{us} orestes. de oreste tragœdia: nota autem satis est orestæ fabula
 Nota magis nulli dom^{us} est sua q^{uo} mihi luc^{us} martis: lucus alicui sacer deo a ueteribus est appellat^{us} p^{ro}
 antiphrasim: ut etiam Hieronymus scribit cum minime luceat. Lucus martis. ualde alienum esse
 arbitror ut hic areopagus exponatur: licet omniū bonarum disciplinarum domicilium fuisse dica-
 tur Valerius libro quinto de ingratis œdipodis: Ossa cede patris nuptiis matris contaminata inter
 ipsum areopagum diuini atq^{ue} certaminis humani uenerabile, domicilium excelis p^{ro}sidiiis miner-
 uæ arcē honore decoratos. Nam areopagus uilla non lucus martis nominatur. Longe etiam peti-
 tum mihi illud uidet^{ur} ut lucus martis asyllus intelligatur quem romulus martis filius cōstituit ut
 sit inde sensus romanorum mihi primordia nota notæq^{ue} historiæ ut romanus populus ab infami
 nomē deducit a syllo sicut post ipse dicit. nam & asyllus lucus dictus est ut Osconius pædianus scri-
 bit inquit. Totus populus romanus a principio tres fuerūt tribus tatiensis: una a tatio rege. ram-
 nes: altera a romulo luceres: altera a lucosmone siue a lūco quem lucum asyllum uocauerat romu-
 lus: post de noibus sabinoz plures fecit: ne aliis quidē astipulatus fuerit ut lucū credā hic eū itelligi
 qui ut Prob^{us} inquit apud colobū fuit ubi æolus erat ex auro: quē substituerat romulus martis fili^{us}
 & ubi isigne apollinis oraculū fuisse phibet. Vtrū ergo lucū martis in quo pepit ilia remū & romu-
 lū æoliis

Impune ergo mihi recitauerit ille togatas?

Hic elegos: impune diem consumpserit ingen s

Telephus: aut summi plena iam margine libri:

Scriptus: & in tergo nec dum finitus orestes:

Nota magis nulli domus est sua: q̄ mihi lucus

Telephus
 a cerua nutritus
 sic illyps
 Romulus

lū æoliis uicinū insulis: an certe uelut etiā Probus interpretat: an lucū martis dicit qui romæ fuit in apia: quod ibi solerēt multi dicere: ut itē Prob⁹ putat: de quo & Marcus uarro iquit secūdæ regionis exquilæ. Alii has scripserūt ab excubiis regis dictas. Alii ab eo quod excultæ a rege tullo eēt huic origini magis cōcinūt loca uicina: quod ibi lacus dicit facultatis & larnū quæquetulanū facellū: & lucus martis & iunonis lucinæ: ex hoc enim luco lucina dicta est nisi sit q̄ puerperis p̄bet lucē. Quidius in secūdo fastoz. Gr̄a lucinæ dedit hæc tibi noīa lucus Aut quod p̄ncipiū tu dea lucis habes. Nā hic auditoriū fuisse multis frequēs scholasticis potuit. Et æoliis uicinū rupib⁹ antrū uolcani. poetæ enī rupes filuas & deuia petebāt ad scribēdū loca. Aeoliis uicinū rupibus antæ uolcani. Virgi. Insula sicanū iuxta lat⁹ æoliāq̄. Erigit liparē fumātib⁹ ardua fax. Inde subnectit Vulcani domus est &

M artis: & æoliis uicinum rupibus antrum
V ulcani: quid agant uenti: quas torqueat umbras
A eacus: unde alius furtiuæ deuehat aurum
P elliculæ: quantas iaculetur monychus ornos.

vulcania nomine tellus. Vulcani s̄m l̄ram o ueteres faciūt ita ut Donat⁹ etiā refert ubicūq̄ u æolicū erat digāma: uñ & coruos & seruos in singulari nominatiuo dixisse Plautū legimus. plane s̄t qui iūctim accipiāt uulcani⁹ quid agāt uēti ut sit uulcani pro uulcanii: sicut antoni gladios potuit contēnere alibi dixit pro antonii & sit uulcani uēti: id est folles quib⁹ utūtur brontes steropes & nudus mēbra pyracmon: qui uulcani ministri dicebāt. Sūt uero qui uulcani antrū dicāt legātq̄ separatim quid agāt uēti. Et æoliis uicinū rupib⁹ antrū uolcani. poetica est loci p̄phrasis. Quid agāt uēti. uerboz hic ē ordo: platani frōronis cōuulsaq̄ marmora & colūnæ ruptæ assiduo lectore clamāt semp quid agāt uēti: q̄s umbras torq̄at æac⁹: uñ ali⁹ deuehat auz furtiue pelliculæ: q̄tas ornos iaculef monych⁹ & ē asyndeton trop⁹. Quid agāt uēti quos uoluāt turbines. aut certe q̄a alii pestilētes sūt ut auster: alii aq̄s in glaciē cōuertunt: ut boreas: alii arboz & s̄minū foet⁹ educūt: ut zephyrus. Hæc & id gen⁹ alia apud Aristorelē in li. meteoroz legas. mot⁹ aut hui⁹ causa p̄ma ac p̄cipua sunt stellæ sicut iuppit⁹ q̄ mouet a septētrione salubres uētos: sol ab oriēte: luna ab occidēte: mars a meridie: signa quoq̄ uētos pariūt. nā tria signa quæ hnt calidas q̄litates quæ ignea triplicitas appellatur aries leo sagittari⁹ oriētales mouēt uētos: alia triplicitas taur⁹ uirgo & capricorn⁹: terrea uētos excitat meridianos: q̄ q̄litates habet frigidas & siccas: t̄tia q̄litates calidas & hūidas hns aëria ob hoc etiā appellata occiduos: gemini: cācer: libra. tria uero reliq̄ signa quæ dicūtur aquea triplicitas q̄litates hnt pituitosas uētozq̄ exuscitat septētrionales. Quas torq̄at umbras æac⁹. descriptio notat i ferri. Aæc⁹ iouis & æginæ fili⁹ qui ex endeide chironis filia telamonē & pelea habuit tātæ dū uiueret fuisse dicit iusticiæ: ut apud i ferros a iag⁹ credit⁹ fuerit a plutone delect⁹ iudex. Vñ Horati⁹ Quā pene furuæ regna p̄serpinæ: & iudicantē uidim⁹ æacū. Socrates apud platonē in gorgia iouis dicta referēs. Ego igit⁹ inqt utpote qui añ uos hoc p̄uiderē cōstitui iā meos filios iudices: duos q̄dē ex asia minoē & rhadamāthū: unū uero ex europa æacū. hi ergo posteaq̄ mortui fuerint iudicabūt in prato quodā ibiq̄ in truiuo ex quo geminæ portāt uia: altera quidē ad tartarū: alia uero ad isulas beatoz: & asiaticos q̄dē rhadamāth⁹: eos uero qui ab europa ueniēt æac⁹ iudicabit: Minoi uero ad mun⁹ iniūgā ut ipse diiudicet si qd aliis ambigūū fuerit ut iustissime p̄cedat iudiciū recteq̄ fiat trāsmisso a iog⁹. in Socratis uero apologia addit etiā Triptolemū inquires: qui illic iudicare phibētur minos: rhadamāth⁹: æac⁹: triptolem⁹. Quas torq̄at umbras. torq̄at: pro iudicet: quod enim sequit⁹ pro eo quod aŋcedit positū accipim⁹. Vñ ali⁹ furtiuæ deuehat auz pelliculæ. lasonē dicit qui ex colcho aureū sustulit uellus: & medeā oetæ filiā rapuit nota ē fabula. Sane Strabo aurei uelleris fabulā ita interpretatur: ut dicat iter colchidas populos torrētes auz cōuehere: quod barbari quibusdā p̄sepib⁹ p̄foratis pellibusq̄ uillosis excipiāt. Sed Varro romanoz omniū doctissim⁹ tradit aureas pelles habuisse oues a uetustissimis dictū p̄p̄ rei pecuariæ sūmā obseruatiā sūmosq̄ redit⁹: ut argis atreus: quā sibi thyesten fratrem subduxisse q̄stus est sic in colchide oetā ad cuius arietis pellē p̄fecti ex regione dicūtur argonautæ quiminyæ dicti sūt. Quā historiā Orphe⁹ p̄mū mox Apollonius apud græcos quidē scripsit: apud latinos uero Valeri⁹ flacc⁹. Quātas iaculef monych⁹ ornos. monychus cetauri p̄priū fuit nomē. Lucan⁹. Ille semiferos ixionidas cetauros. Fæta peletoniis nubes effudit in antris Aspera te pholoes frāgētē monyche laxa. Teq̄ sub oetæo torquētē uertice uillas Rhoecæ ferox: q̄s uix boreas iuerteret ornos. Iaculef ornos in pugna: monych⁹ hic p̄priū est. Vexit cetauroz oīum epitheton est p̄petuū quod pedes hnt eq̄nos dicerētur a μόνος solus & ὄνυξ unguis qd epitheton eq̄s dat a græcis: ut Homerus. ὄσ μοι πηλεῖωνος ἀγαυῶ μάγυχας ἵππους. Sane colligit iuuenalis q̄ fere a poet tractari solēt ut maris tēpestates: sicut i. i. æneidos Vir. aut mētis p̄turbatōes dare p̄enas: ut idē i. vi. aut nauigatiōes & itinera: ut i. iii. & i. v. aut bella: ut in sex ultimis libris q̄ oīa his paucissimis cōplex⁹ ē uerlib⁹ qd agāt uēti: q̄s torq̄at umbras æac⁹: uñ ali⁹ furtiuæ deuehat

SATYRA

auræ pelliculæ: quætas iaculef monychus ornos: nâ cætera ornâdi poematis & uariâdi cã i serunf de
 poesi loquor heroica q̄ alias uidef oēs poeses cõplexa: iõ pprie quidã existimant encycliũ poema uo
 cari: q̄obré Proclus platonie i unico libro cui i dext̄ ede de epico circulo ubi q̄ poetarũ ppria sũt & ip
 soz uirtutẽ scribẽs ait p̄cipue homeri poeseos hoc eẽ nomẽ q̄ sicut i circulo qui eẽ circũ cẽtz ois am
 bitus & circũcurrẽs linea oēs a cẽtro exeuntes lineas rectas æque concludit: ita homeri poesis reli
 quoz poetarũ excogitata cõplectaf: inde encyclopedian heroicã p̄sim dictã uoluit: q̄q̄ uarias de

*Fronto in bello in p̄
 Platonis ad quẽ dicitur
 uirtutes poete nunc
 in cõplexo frequet
 sentabant sũt longa
 et uerba daturone
 manentia v̄mpen*

hac re uideo snias: nã sũt qui dicãt annu
 um stipediũ encycliũ uocari q̄ in sua ter
 ga annũ reuoluat: & apud Aristotelẽ i p̄
 mo de argumẽtis demõstratiuis sũt qui
 nimium ridicule uerba circulũ agere ad
 hoc quicq̄ attinere. arbitrent cũ figura
 circularis circulus uocitet: ut fur tibi fu
 it pat̄ si similis erat tibi: illud etiã ab hoc
 alienũ q̄ i p̄mo ethicoz Nicomachiõ in

Frontonis platani cõuulsaq; marmora clamant
Semper: & assiduo ruptæ lectore colũnã.
Expectes eadem a summo minimoq; poeta.
Et nos ergo manum ferulæ subduximus: & nos
Consilium dedimus syllæ: priuatus ut altum

quit abũde diximus in encycliis: encyclias siquidẽ q̄stiones dicit q̄ de reb̄ oib̄ tanq̄ in circulo pas
 sim q̄reref: ne ei quidẽ accefferim qui encyclopædian musicen uocet: sicut quidã apud Aristo phar
 nem in fabula quæ inscribit̄ hippis interpretant at obone neq; musicã scio: idest encyclopedian cur
 tũ ita int̄pretenf rationẽ adducũt ut ferãt musicã cõs amplecti disciplinas q̄ oñdit Plato in p̄mo de
 legib̄ dicẽs musicã sine uniuerta disciplina tractari non posse. Alii aut̄ q̄ cum sint melodiã duã
 sp̄s: una quæ p̄fecta: altera aut̄ imp̄fecta nominat̄ & p̄fectã dici uelint quæ a mediis phthongis
 incipiẽs per cõs phthongos se effundẽs uario cõcẽtu in se deniq; terminet̄ ad mediosq; rediẽs phthõ
 gos cõcludat̄ quasi sit hæc ars & disciplina in gyrũ acta cyclica uocitat̄. p̄babilius aut̄ alii cõm ar
 tem atq; sciam in unũ q̄si corpus cõfluẽtem encyclopædian dici uolũt: ut apud Plutarchũ ubi de
 musica scribẽs inquit nõ solũ circa musicã uerũ etiã circa aliã encyclopædian: & paulopost habes
 inquit epicyclos de musica sermones: ita Plinius in p̄fatione naturalis historię: ita Quintilianus
 ubi de musica locuturus est encyclopædian intelligi dederunt. Heron aut̄ alexãdrinus ubi de geo
 metria scribit quãlibet liberalẽ disciplinã encyclopædian appellãdã eẽ uidef inuere: q̄ mēs n̄ra po
 tẽtiis intelligẽdi circulariter circa scibile tanq̄ circa cẽtrũ moueat̄ actiones undiq; suas explicãt at
 cum heroicæ poeses oĩa huiusmodi attingere uideant̄ nõ p̄fecto iniuria encyclopædiã dici p̄nt̄.

Frontonis platani, synecdochicos platanos pro domo in qua platani fuerãt. fuit aut̄ frõtonis do
 mus in qua poetæ recitabãt. Cõuulsaq; marmora, hypbolicos p̄pter frequentẽ turbã: eãq; assiduã
 p̄cenz cõuulsa. Clamãt. resonãt clamore. Assiduo ruptæ lectore colũnã. lectoz manib̄ p̄cussã:
 ac per hoc attritã. Expectes eadẽ a summo minimoq; poeta. idest de hisdẽ scribunt sumi & minimi
 poetæ. Sed hi bene: illi uero male: quod & Horatius carpẽdo inquit. Scribim̄ i docti doctiq; poe
 mata passim. Et nos ergo manũ ferulæ subduximus. si quid hi dicãt oēs p̄cepimus sequit̄ ut sub
 grãmatico fuerimus qui plærũq; plagosi sũt. Vñ & ait manũ ferulæ: idest uirgæ qua pueroz ma
 nus feriunt̄. Subduximus aut̄. subtraximus: ut Virg. Subducite naues. ex hoc aut̄ se emeritũ ostẽ
 dit & grãmaticæ eruditũ & ad scribẽdũ aliquid idoneũ. Et nos exaggerat. ex repetitione magis.

Consiliũ dedimus syllæ. idest deliberatiuã dicẽtes suasimus: ac per hoc declamauim̄ sicut apud
 ueteres mos fuit ut se declamationib̄ foro aut senatui p̄pararẽt: quod de ipso i uenale oñdit etiã
 Martialis. Cõsiliũ dedimus. uerbi græci etymologiã exp̄ssit. Nã quod nos deliberatiuũ: illi συ
 βουλευτικὸν uocat̄. Hic si quispiã quærat: quid de se has laudes referre attinebat: sciat ut gratior
 lectio redderet̄: morẽ hũc fuisse ueterib̄: ut in heroũ exponẽdis reb̄ gestis: aut quacũq; re quæ hũ
 manũ uideret̄ modũ excedere musas i uocare: quas uatib̄ p̄fidere creditum est cõsueffe: ut in arte
 poetica abũde pro uirib̄ sumus interpretati: idq; etiã facere solebãt quod ueterũ referẽtes historiam
 diuinũ aliquod implorarẽt auxiliũ quod rerũ p̄teritã suggereret memoriã. Vñ Homerus in secũ
 do Iliados. ἔσπετε νῦν μοὶ μῦσαι δάμντια δώματ' ἔχουσαι. ὑμεῖσ γάρ θεαὶ ἐστέ παρρησέτε ἴστετε πᾶ
 ντα. ἡμεῖσ δὲ κλέος διὸν ἀκούομεν θυδνετὶ ἰδμεμ: **Quẽ secut̄** Virgilius pariter ipse inquit. **P**adite
 nũc heliconã dexã cãtusq; mouete **Q**ui bello exciti reges: quæ quẽq; secutæ Cõplerint cãpos acies
 quis itala: iam tũ Floruerit terra alma uiris quib̄ arserit armis. Et meministis enim diuã & memi
 nisse potestis Ad nos uix tenuis famæ perlabit̄ aura. Contra cũ semateries ex eoz qui scribebant
 educebat ingenio in ipso plerũq; initio suam ipsi personã extollebant: uelut Homerus cum in ilia
 de aut in odyssea de se nihil fere loquatur. In p̄mo tamẽ ad apollinem hymno inquit. χάρητε δὲ
 μεῖσ πᾶσαι ἐμοῖο δεκαὶ μετόπιθεν μνήσασθε ὄπποτε κέντισ ἐπιχθονίων ἀνθρώπων. ἐνοσάδ' ἀνείρηται
 ξείνος Ταλαπερίδος ἑλώων. ὑμεῖσ δ' εὖ μάλα πᾶσαι ἀποκρίνασθε ἀφ' ὑμῶν τυφλὸσ ἀνὴρ δίκει δνεχίω
 ἐν παιπαλοῦδῃ. τοῦ πᾶσαι μετόπιθεν ἀριεῦουσι ἀοιδναί. ἡμεῖσ δ' ἡμετέρω κλέος ὄισομεν ὁ

δοσορ ἐπ' αἶμα ἀνθρώπων σρέφόμεθα πόλεισ' ἔνναϊε Ταώσασ. Callimachus pariter de se iquit. ὦ πόλ
λωρδὸν πᾶν τι φάσινε ται ἀλλ' ὅτι σ' ἐδ' ἄλλοσ' ὅσ' μι ἰδ' ημεγάσ' ὄντοσ' ὅσ' οὐκ ἰδ' ε λιτόσ' ἔκεινοσ' ὁ φέ
μεθ' ὠέκ' ἀεργε καὶ ἐσώμεθ' ὄντοσ' τ' ε λοιτοῖσ' μητε σιωπηλήμ κίθαριμ μητ' ἀφ' ὀφορ' ἰχνος. Et Pindarus
olympion hymno primo. εἰησε ται τοῦτομ ὑφ' οὔ χρόνον πατεῖρ μετε τοσ' ἄδ' ε νικαφόρισ' ὀμι λείμ
πρόφαντομ σοφία καθ' ἑλλανασ' ἔδ' ντα παντα. Latinos quoq̄ qui græcorū secuti uestigia sunt in oī
scribēdi genere id fecisse obseruauimus ut Virgilium. nam cum in primo secūdoq̄ georgicō hesio

Dormiret: stulta est clāmentia: cum tot ubiq̄

do uita superfit. Aonio rediēs deducam uertice musas. Primus idumæas referam tibi mantua pal
mas. Item Horatius latinorū omnium artificii longe studiosissimus idēq̄ acutissimus in prima car
minum oda inquit. Me doctarum hederæ præmia frontium. Diis miscent superis: me gelidum ne
mus. Nympharumq̄ leues cum satyris chori. Secernūt populo: si neq̄ tibias. Euterpe cohibet nec po
lyhymnia. Lesboum refugit tēdere barbiton. Quod si me lyricis uatibus inseris. Sublimi feriam si
dera uertice. & ipse in primo epigrāmaton libro Martialis. Hic est quem legis ille quē requiris. To
to notus in orbe. Martialis. Argutis epigrāmaton libellis. Cui lector studiosē quod dedisti. Viuenti
decus atq̄ sentienti. Rari post cineres habēt poetæ. nec nō & Persius in prima satyra qua pro toti
us operis principio utitur & se ad scribendū parat. Audaci quicūq̄ afflate cratino. Iratum eupolidē
prægrandi cum senē palles. Aspice & hoc si forte aliquid decoctius audis. Inde uaporata lector mi
hi ferueat aure. Id ergo iuuenalem nosse & hos secutū fuisse cōstat quod de se profari maluit & quā
idoneus ad scribendum accederet ostēdere anteaquā futuri proponeret libri materiā: itaq̄ beniuo
lum sibi lectorem facit pariter & attentum. sane modo hæc in principiis p̄stent nō refferit quomodo
cūq̄ ordiantur: quoniā receptum est & principia & fines in omnibus fere libris nullius legis formu
la cōtineri: unde Virgilius æneida cœpit. Ille ego qui condam georgica porro finiuit illo Virgilium
me tempore dulcis alebat partenope & quæ sequūtur. ita Horatius. ita cæteri Et nos cōsiliū dedi
mus syllæ priuatus ut altum dormiret. Sylla gētis patriæ usq̄ ad questuræ suæ initia uitam libidi
ne & uino inquinatam cōtinue produxit. post iugurthæ cathenas iniecit mariū superauit. Cinnæ
dominatum fregit: sulphicium rusum proscripsit seruum sulphicii qui dominum prodiderat de tarpe
ia rupe præcipitari iussit. Myrthidatem compescuit eumq̄ ex omni europa & euboea reppulit & in
